

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - III, 04 : De Charonte](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 04 : De Charonte

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 04 : De Charonte](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 05 : De Charon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 04 : De Charon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 61r°-62r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Charon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

Ἄρα πῖς ἔστι Ἀΐψτεα πυρρῆσι δὴν ἴσμεν,
καυτῆς ἔστι δὲ τῆς δὴν ἴσμεν ἔστι δὴν ἴσμεν.

Atque Pyriphlegethon, Cocytusque è styge labens
Immenſas Acherontis aquas mox fluctibus auget.

Dicitur eſſe autem Cocytus à querelis & lamentationibus, vt nomen ipſum ſignificat; quia morituri plerique poſt commiſſorum pœnitentiam lamentantur, quia illa contra Dei optimi omnium parentis leges commiſerint. Alii maluerunt dictum eſſe, quia queruntur & grauiter ferunt quia res cariffimas ſint relicтури: alii ob lamentationes coniunctorum dictum putant hunc fluuium, qui moriturus eſt tranſeundus. Neque poteſt quiſpiam ad inferos accedere, niſi per hæc flumina, vel, vt verius dicam, per turbulentiſſimas hæc animi cogitationes, quas antiqui per ſuas fabulas ſignificauerunt. Qui quidem ita viuendū eſſe per hæc ſigmenta oſtendebant, vt intrepidi eſſemus ad omnem poſt mortem fortunam. Nunc dicatur de Charonte.

10

De Charonte.

Cap. IIII.

Charon vero, cuius nomen lætitiæ ſignificat, qui fuit Erebi & Noctis filius, vt ſenſit Heſiodus, qui in Theogonia omnia propè inferorum monſtra ex iis nata eſſe aſſimauit, portitor animarum & trium horum fluminum naua dicebatur. Erat quidem præter hos Phlegeton ſive Pyriphlegethon, de quo cum fabula in idem recidat cum Cocyto, plura dicenda non putauit. Hic Charon dictus eſt ab antiquis grandævus, & à Polygnoto pictore ſenex pingebatur; qui Minyadem poëſim fortalle ſecutus fuit, in qua erat de Charonte huiuſmodi ſententiæ;

10

Atque hic exanguis longæuus portitor umbras
Puppe vehit patula.

Sic etiam Virgilius lib. ſexto Charontem ſenem eſſe demonſtrauit, vbi illius formam deſcribit,

Portitor hæc horrendus aquas, & flumina ſeruat
Terribili ſquallore Charon, cui plurima mento
Canities inculca iacet, ſtant lumina flamma.
Sordidus ex humeris nodo dependet amiſtus.

30

Hic ergo omnes implacidus eſſe dicebatur, quos traieciat, neque Reges ac principes ciuitatum à reliqua multitudine putabat diſſerre, cum omnes vno ordine nudos, & omnibus bonis ſpoliatos cerneret, vt teſtantur ea carmina;

κατὰ τῶν δὲ ἀναβῆναι αὐτῶν, ἐν ἑλλὰς τῶν θινῶν.
Ἐὶ δὲ τῶν τῶν ἴσμεν, ἀρῶντ' ἀνὰ μῦθον.
Ἐπιπέτῃ· ἴσμεν δὲ τῶν ἴσμεν ἀνὰ μῦθον.
Παῖς τε ἴσμεν ἴσμεν ἴσμεν ἀνὰ μῦθον.
Γυμνῶντι Ἐπιπέτῃ, καὶ ἀποβῆλτι ἀνὰ μῦθον.

40

Mortuus eſt æquè tumuli qui haud cepit honorem,
Quique ſoit naſtus prægrandis pondera ſaxi.
Non Iro magis eſt Agamemnon clarus: & ipſi
Theſtix ſimilis Thetidis pulcherrima prolex.
Hi pariter nudi atque inopes per regna vagantur
Umbrarum, apta ſuis referentes præmia factis.

Teſtatur Lucianus i dialogo de Luctu moris id fuiſſe apud antiquos; vt obolum

Q

lum

